

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Band: 61 (1906)

Artikel: Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1

Kapitel: Urkunde Nr. 170 bis 179

Autor: Liebenau, Theodor von

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 18.10.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

laboribus et expensis, aliquibus personis discretis, qui accederent ad vicinum loci, ubi dampna illata dicuntur, articulum examinationis testium, | quos producere vellent et omnia circa illum necessaria committere dignaremur. Nos autem predictis . . preposito et Capitulo Beronensi in iure suo non volentes nec valentes, de iurisperitorum consilio, viris discretis . . Decano in Obernchilch | prope Surse et Magistro R. de Wediswile ad vicinum loci, in quo dampna illata dicuntur, accessuris commisi- | mus examinationem testium producendorum et Citationem ac coërcionem ipsorum et termini vel terminorum, quociens opus fuerit pre- | fixationem et omnium aliorum executionum, que circa predictum articulum fuerint oportuna. Datum et actum Turegi feria | secunda predicta post purificationem beate virginis hora prime continuata a feria secunda immediate precedenti. Anno domini m^o | cc^o lxxx.^o Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 221—222, Urk. N. 11.

Nr. 170.

1280, 6. Februar, Zürich.

Propst Hugo von Embrach gibt dem Dekan von Oberkirch u. Mag. R. von Wediswil Kenntnis von der ihnen erteilten Aufgabe.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus: Honorabilibus viris . . Decano in Obernchilch et Magistro R. | de Wediswile salutem in domino : Examinationem testium producendorum in causa, que vertitur inter Honorabilem in Christo . . prepositum | et capitulum Beronensem ex vna et Jacobum Militem de Kienberg ex parte altera et officium citandi eos et prefigendi terminum quociens opus fuerit et coërcionem ipsorum et omnia que circa hoc necessarium fuerint et que nos facere possemus, | aliis prepediti negotiis, vobis duximus presentibus committenda. Mandantes vobis quod dicta testium sigillis | vestris interclusa cum ipsis partibus nobis usque ad terminum, quem videritis expedire, remittatis. Datum Turegi proxima | feria tertia post purificationis beate virginis

continuata a feria secunda inmediate precedenti. Auno m^o cc^o lxxx.^o Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 222, Urk. Nr. 12.

Nr. 171.

1280, 10. Februar, Oberkirch.

Diethelm, Dekan von Oberkirch, und Magister R. von Wediswile beauftragen den Leutpriester von Kienberg, Ritter Jakob von Kienberg auf den 21. Februar in die Kirche in Kulm zu zitieren.

D. decanus in Obernchilch prope Surse et Magister R. de Wediswile examinatores testium, quos syndicus | Ecclesie Beronensis producere intendit in causa, quam mouet Jacobo Militi de Kienberg ab honorabili viro . . preposito Ymbria- | censi Judice a sede apostolica delegato deputati: Discreto viro: plebano seu viceplebano in Kienberg salutem | in domino; Auctoritate nobis in hac parte commissa vobis precipiendo mandamus, quatenus citetis dominum Jacobum militem de | Kienberg, ut compareat coram nobis in ecclesia Kvlumbe in vigilia Kathedre Petri visurus et auditurus | iuramentum, quod prestari debet a testibus, quos Sindicus Ecclesie Beronensis producere intendit in causa quam mo- | uet eidem. Datum Obernchilch IIII^o. idus februarii. Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 222—223, Urk. N. 13.

Nr. 172.

1280, 10. Februar, Oberkirch.

Dekan D. von Oberkirch und Mag. R. von Wediswil beauftragen den Dekan von Kirchberg mit der Citation von Zeugen im Prozeß zwischen Münster und J. von Kienberg.

D. decanus in Obernchilch prope Surse et Magister R. de Wediswile examinatores testium, quos Syndicus | Ecclesie Beronensis producere intendit in causa quam mouet Jacobo militi de Kienberg ab honorabili viro preposito | Ymbriacensi Judice a sede apostolica delegato deputati discreto viro . .

Decano in Kilchberg salutem in domino . . | Auctoritate nobis
 in hac parte commissa vobis precipiendo mandamus quatenus
 Vl. molendinarium de A., Vl. dictum Sprozelmann, Vl. dictum
 Schöni, H. dictum Wienere, C. molendinarium de Biberstein,
 Vl. de Erndes- | bach, Bur. dictum ze Oberost, C. dictum de
 Normedingen, H. dictum de Aspe, C. de Vtchon, Vl. de
 Töfen- | dal vestros subditos citetis cum H. et C. dictis de
 Wensilingen, ut compareant coram nobis in Ecclesia Kulmbe
 | vigilia Kathedre Petri, perhibitori testimonium veritati.
 Vosque Domine Decane personaliter compareatis ibidem. |
 Datum Obernchilch III^o Idus februarii. Indictione VIII.

(Hier ist der Rodel mit rotem Seidenfaden zusammengenäht
 und durch beide Teile ein Pergamentstreifchen gezogen, an dem einst
 ein Sigill hieng.)

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 223, Urk. N. 14.

Nr. 173.

1280, 21. Februar, Oberkirch.

Einvernahme der von Burkard von St. Ursitz, Chorherr
 und Anwalt des Stiftes Münster, im Prozeß gegen Jakob von
 Kienberg citierten Zeugen.

Intendat probare Bur. de sancto Vrsicino Canonicus et
 syndicus Ecclesie Beronensis nomine ipsius Ecclesie quod
 Jacobus Miles de | Kienberg extorsit et extorquit ad hominibus
 predicte Ecclesie tallias, servitia indebita et inconsueta tam
 rerum quam perso- | narum in villa Kiuttingen et alibi. Item
 compellit et compulit homines eiusdem Ecclesie contrahere
 matrimonium extra compa- | ritatem et terminos condicionis
 eorum. Item quod ipse Jacobus silvam pertinentem ad curtem
 Kiuttingen destruit secando | et deducendo. Item quod ipse
 in pascuis, pratis et aliis vsibus ad ipsam curtem pertinentibus
 dampnificavit ecclesiam. | Item quod ipse recipit annuatim
 pretextu aduocatie XIII mod. tritici et avene ab hominibus
 ecclesie vbi tantum | recipere deberet a qualibet scopoza I
 pullum et I quart. avene. Item quod ipse Rüdolfo Gotfridi
 servo ecclesie abstu- | lit quinque boves. Item quod fugavit

liberos VI. dicti Fluer. Item quod abstulit eisdem liberis iumentum et unum | bovem et duas vaccas et unam capram. Item quod castrum Kiungestein constructum est super fundo et territorio | ecclesie. Item quod possessiones ecclesie circumiacentes castro, que vulgo dicuntur Gemeinmerche concessit pro annuo | censu C. dicto Chagen. Item quod possessiones ecclesie circumiacentes Castro devastat.

Wal. villicus de Kiuttingen testis iuratus dicit quod Jacobus Miles de Kienberg extorsit tallias et servitia | indebita et inconsueta ab hominibus ecclesie Beronensis in rebus accipiendo de qualibet scoposa I mod. tritici et I mod. | avene et de medietate curtis in Kiuttingen II mod. tritici et II avene. Item quod a quolibet servo ecclesie singulis | annis accipit duos manipulos et II pullos, de quibus singulis predictis scopozis I pullum et I quartale avene tantum | debebat accipere. Dicit etiam VI esse scopozas ecclesie, in quibus predictus Ja. dicit esse aduocatum preter curtem | Kiuttingen. Item dicit, quod homines ecclesie faciunt sibi multa servitia personalia laborando et fodiendo. Di- | cit etiam, quod compellit homines ecclesie contrahere matrimonium extra consortium et per hoc dicit ecclesiam multum dampnifi- | catam. Dicit etiam quod ipse in pascuis, pratis, et aliis vsibus ad curtem Kiuttingen pertinentibus dampnificavit homines | ecclesie in XX. libris turicensibus. Item dicit quod abstulit R. dicto Gôtfredi boves quinque, dicit etiam quod Wal. | dicto Fluer servo ecclesie defuncto abstulit liberis eius unum iumentum, II vaccas, unum bovem et I capram. Item | dicit quod castrum Kiungestein edificatum est in fundo ac territorio ecclesie quod vulgo dicitur Gemeinmerche, quod | iure proprietatis ad curtem eorum Kiuttingen spectat et pertinet. Item dicit, quod quasdam possessiones circumiacentes castro | de predicto Gemeinmerche concessit cuidam dicto Chagen pro annuo censu. — Requisitus de etate, dicit, quod recordatur | de XXVI annis. Item de conditione, dicit: servum ecclesie Beronensis, dicit etiam, quod non odio, timore vel amore et cetera.

H. de Wenselingen testis iuratus dicit, quod predictus

Ja. extorsit et extorquit multa servitia indebita et inconsueta | ab hominibus Ecclesie et addit, quod homines alterius conditionis quam Ecclesie Beronensis de singulis scopozis solvunt tantum II quartalia tritici | et II avene sed de servis ecclesie concordat cum priore. Dicit etiam quod utebatur pascuis in diversis territoriis ecclesie sed | nescit estimare dampnum. Addit etiam quod Rüdolfo Götfridi abstulit boves, sed nescit numerum. Item dicit quod in | morte Wal. dicti Fluor abstulit ecclesie II vaccas. Requisitus de castro, nichil scit. In aliis concordat cum priore. | Requisitus de conditione, dicit se servum ecclesie Seconiensem, dicit etiam quod nec odio et cetera.

Burch. dictus ze Oberost testis iuratus concordat cum primo per omnia excepto quod ignorat, quantum antiquitus dabatur de | qualibet scopoza. Requisitus de etate dicit se esse sexaginta annorum. Requisitus de conditione, dicit servum fancti | Leodegarii se esse. Dicit etiam quod non odio et cetera.

Chûnradius dictus de Wenselingen testis iuratus concordat cum primo per omnia, sed nescit quantum damnificata sit ecclesia | in pascuis et pratis. Dicit etiam quod sit servus sancte Marie Basiliensis. Item dicit quod non odio et cetera.

VI. de A testis iuratus concordat cum primo sed nescit quantum dampnificata sit ecclesia in pascuis. Requisitus | de conditione dicit se servum Sancti Fridolini et advocatus suus sit dominus Ger. de Gözckon. Dicit etiam quod non odio et cetera.

VI. dictus ze Oberost testis iuratus concordat cum primo sed nescit in quantum dampnificata sit ecclesia in pascuis. | Requisitus de conditione dicit quod sit servus sancte Marie loci Heremitarium et H. de Kienberg suus advocatus. Dicit quod non odio.

C. de Normendingen testis iuratus concordat cum primo excepto hoc solo quod nescit quantum homines ecclesie de | qualibet scopoza persolvere debeant, sed homines residentes in alienis prediis solvuunt ut dicit II quartalia tritici et II avene.

| Requisite de conditione, dicit quod sit servus Comitis Gôtfridi¹⁾ bone memorie, dicit etiam quod nec odio et cetera.

VI. de Tivfendal testis iuratus dicit, quod nichil scit de Advocatiis vel quantum solvere debeat scopoza. In aliis concordat cum tertio excepto | nichil scit de Wal. dicto Fluor. Requisite de conditione, dicit quod sit servus R.²⁾ filii quondam Gôtfridi. Dicit quod non odio et cetera.

C. Molitor de Biberstein testis iuratus concordat cum proximo (sic!) et scit quod multum dampnificavit homines ecclesie in pascuis sed estimare nescit. De conditione dicit quod sit servus R. filii quondam comitis Gôtfridi. Dicit quod non odio.

H. de Aspe testis iuratus concordat cum primo et addit. Requisite de conditione, dicit quod spectat ad filios | Regis. Dicit etiam quod ratione advocatie recipere deberet II quartalia tritici, ubi recipit I modium tritici et I avene. | Item dicit quod non odio et cetera.

R. dictus Hover testis iuratus concordat cum primo per omnia. De conditione dicit se servum ecclesie Beronensis. Dicit etiam quod non odio et cetera.

Bur. dictus ze oberost testis iuratus concordat cum primo. De conditione dicit servum ecclesie Beronensis. Dicit etiam quod non odio et cetera.

Jo. Decanus in Kilchperg testis iuratus dicit quod circa tallias et alia servitia indebita de fama communi | concordat cum primo. De aliis nichil scit. Dicit etiam quod non odio et cetera.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 223—226, Urk. N. 15.

Nr. 174.

1280, 27. Februar, Kulm.

Der Dekan von Oberkirch und Mag. R. von Wediswil übersenden dem Propst Hugo von Embrach das von ihnen aufgenommene Zeugenverhör.

Reverendo domino Hugoni preposito Ymbriacensi Judici a sede apostolica delegato . . Decanus in Obernchilch et |

¹⁾ Gottfried von Habsburg. ²⁾ Rudolf von Habsburg.

Magister R. de Wediswile eius subdelegati obedientiam cum affectu karitatis. Noveritis nos in causa que vertitur | inter Honorabilem in Christo . . prepositum et Capitulum Beronensem ex vna et Jacobum Militem dictum de Kienberg ex parte | altera testes predictos ex parte . . prepositi et Capituli predicti sub iuramento diligenter et sigillatim (sic!)¹⁾ examinasse, | quorum dicta vestre reverencie nostris sigillis interclusa cum partibus remittimus in proximam feriam quartam post Letare, ut tunc partes coram vobis compareant in ambitu prepositure Turicensis iusticiam recepture. Ego . . De- | canus in Obernchilch sigillo Magistri R. mei consubdelegati predicti utor in hac parte. Datum Kulmbe proxima | feria quarta post Mathye apostoli. Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 226—227, Urk. N. 16.

Nr. 175.

1280, 15. März, Zürich.

Propst Hugo von Embrach beauftragt den Dekan von Kirchberg, Ritter Jakob von Kienberg auf 3. April in die Propstei Zürich zu zitieren.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus viro discreto . . Decano in Kilperg (sic.) salutem in | domino: Mandamus tibi, quatenus Jacobum militem de Kienberg cites in ambitum prepositure Turicensis in proximam feriam | quartam post Letare ad videndum apercionem testium productorum in causa, que vertitur inter Honorabilem in Christo . . prepositum | et Capitulum Beronensem ex vna et predictum Ja. ex parte altera et ad dicendum contra dicta et si quid excipere | voluerit in personas. Datum Turegi feria sexta ante Reminiscere. Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 227, Urk. N. 17.

Nr. 176.

1280, 3. April, Zürich.

Propst Hugo von Embrach bezeichnet Mag. H. Maneß im Prozeß vom 3. April als seinen Stellvertreter.

¹⁾ statt singulatim.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus dilecto in Christo Magistro H. Manessen Can- | onico Turicensi prepositure salutem in domino. Cum in termino prefixo coram nobis in ambitu prepositure Turicensis vide- | licet | proxima feria quarta post Letare Honorabilibus in Christo . . preposito et Capitulo Beronensi ex vna et Ja. Milite de Kienberg | ex parte altera interesse non valeamus aliis negotiis nostris prepediti vobis vices nostras presentibus committimus | quantum ad dictum terminum et eius continu- | ationem ac alterius termini prefixionem. Datum Turegi feria quarta predicta. Indic- | tione Octava.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 227, Urk. N. 18.

Nr. 177.

1280, 3. April, Zürich.

Mag. H. Maneß berichtet dem Propst von Embrach, daß wegen Abwesenheit Ritter Jakobs von Kienberg im Prozeß des Stiftes Münster ein Rechtstag auf 4. April angesetzt sei.

Magister H. Manesso Canonicus Turicensis Judex sub- | delegatus ab Honorabili in Christo preposito Ymbriacensi Judice a sede | apostolica delegato et cetera . . in causa, que vertitur inter Honorabilem in Christo . . prepositum et Capi- | tulum Beronensem ex vna et | Jacobum militem de Kienberg ex parte altera feria quarta proxima post Letare prefixa partibus procedere potuimus | non obstante absentia predicti Jacobi militis non comparentis. Tamen ex benignitate eum adhuc exspectare | volentes terminum predictum usque in crastinum: ad horam prime prorogamus, tunc in causa ipsa secundum iusticiam proc- | essuri. Datum Turegi feria quarta predicta. Anno Domini M^o cc^c lxxx^o. Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 257, Urk. N. 19.

Nr. 178.

1280, 4. April, Zürich.

Propst Hugo von Embrach setzt auf 6. Mai im Prozeß

des Stiftes Münster gegen Ritter Jakob von Kienberg einen Rechtstag an.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus et cetera: . . Decano in Kilperg salutem in domino. | In causa que inter Honorabilem in Christo . . prepositum et Capitulum ecclesie Beronensis ex vna et Ja. militem de Kienberg | vertitur ex parte altera feria quarta post Letare continuata in crastinum in horam prime aperuimus dicta testium | in eadem causa ex parte predictorum . . prepositi et capituli productorum secundum quod ipse terminus desiderabat. Cum autem | super ipsis attestationibus incontinenti deliberare non potuissemus, terminum prefiximus et presentibus prefigimus | videlicet feriam secundam proximam post dominicum Misericordia domini non feriatam, ut deliberatione medio tempore habit- | a in causa ipsa tunc procedamus. Quare discretione vestre precipimus et mandamus quatenus predictum Ja. citetis coram | nobis in Locum Turicensem et in terminum prenotatum videlicet feriam secundam, ut tunc precise proponat et obiciat, si quid | proponere et obicere voluerit et ad procedendum alias quantum de iure fuerit procedendum. Datum Turegi | die predicta. Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 228, Urk. N. 20.

Nr. 179.

1280, 6. Mai, Zürich.

Propst Hugo von Embrach zitiert peremptorisch Ritter Jakob von Kienberg auf den 17. Mai.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus Discreto viro . . viceplebano in Kienberg salutem | in Domino. Cum Ja. miles de Kienberg per nos citatus fuisset coram nobis in proximam feriam secundam post dominicam | Misericordia domini ad obiciendum et dicendum in dicta et personas testium contra ipsum ex parte Honorabilium in Christo . . | prepositi et Capituli Beronensem productorum et ad procedendum alias in ipsa causa et adveniente predicto

| termino nec per se, nec per procuratorem curaret comparere, parte adversa, prout debuit, comparente. Nos tamen | nichilominus procedentes recepimus conclusionem ipsius cause. Cum autem nichil amplius facere restet nisi | fere sententiam distinctam, Discretioni vestre precipimus et mandamus quod predictum Jacobum citetis peremptorie | coram nobis in proximam feriam sextam post Jubilate ad audiendam predictam sententiam et faciendum alias quod | de iure fuerit faciendum. Datum Turegi die predicto. Indictione VIII.

Hiemit schließt dieser Rotulus, er trägt a tergo als älteste Aufschrift: 1279 Registrum actorum pro ecclesia Beronensi contra . . . de Kienberg. — Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 228, Urk. N. 21.

Neben diesem Rodel liegen noch zwei kleine Brieflein in dieser Angelegenheit vor, die als N. 154 und 155 oben abgedruckt sind.

Nr. 180.

1280, 21. Dezember.

Kauf eines Gutes zu Aze durch Konrad von Heidegg von Heinrich des Schulmeisters Bruder zu Münster.

Ich bruder Heinrich von Hermolzhein der comendur von Hohenrein tñn kunt allen den dey difen | breif sehent alde horent lesen, daß Her. Cvonrat von Haidegge ain gvot ze Aze hat kofet von Hein- | riche def zvolmaifturs bruoder von muntur das def hufel aigun von Hohenrain ist vnd sin erbe | waf vmbe fehzehun phunt phenninge ime felbun ze ainum rehtun erbe vnd miner vrowen von | Stophen finer efichun wirtenne ze ainum lipgedinge vnd soln su allv iar dem hufe von hohenrein | viir phenninge ze sant iohans messe def tvoferf davon ze cinfe geben ze ainr vrkantnusse aines | rehtun erbes; deirre cof vnd dis gemachde ist bezehen mit des Comendurs vnd mit der bruoder | willen von Hohenrein vnd sint dif der gezüge dey dar an warent bruoder H. von Hermolzhein bruoder | cvonrat von badehingen bruder iohans von burchtorf iohans von Haidegge vnd hains sin bruoder vnd wern-